

1. Materiali per lo studio del sermo rusticus - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle scriptae rustiche dell’Alto Medioevo [rustica romana lingua – latino circa romancum]

Quintiliano, *Institutio oratoria*, VI,3,17: *urbanitas dicitur, qua quidem significari video sermonem praeferentem in verbis et sono et usu proprium quendam gustum urbis et sumptam ex conversatione doctorum tacitam eruditionem, denique cui contraria sit rusticitas.*

quamvis in bonis doctoribus tanta dicendi cura sit vel esse debeat ut verbum, quod, nisi obscurum sit vel ambiguum, Latinum esse non potest, vulgi autem more sic dicitur, ut ambiguitas obscuritasque vitetur, non sic dicatur, ut a doctis, sed potius ab indoctis dici solet. [...] Cur pietatis doctorem pigeat imperitis loquentem ‘ossum’ potius quam ‘os’ dicere, ne ista syllaba non ab eo quod sunt ‘ora’ intellegatur, ubi Aerae aures de correptione vocalium vel productione non iudicant?

Sant’Agostino, *De doctrina christiana* (IV, 10, 24) – testimonianza sul vocalismo del latino nelle provincie d’Africa (V sec.)

su questo sviluppo MEETSCHOEK 1900 e FORNARI 1900.

⁸ Aug. *doctr. christ.* IV 10,25,27-40 *Et hoc quidem non solum in collocutionibus, sive fiant cum aliquo uno, sive cum pluribus, verum etiam et multo magis in populis quando sermo promitur, ut intelligamur instandum est, quia in conlocutionibus est cuique interrogandi potestas; ubi autem omnes tacent ut audiatur unus et in eum intenta ora convertunt, ibi, ut requirat, quisque quod non intellexerit, nec moris est nec decoris, ac per hoc debet maxime tacenti subvenire cura dicentis. Solet autem motu suo significare utrum intellexerit cognoscendi avida multitudo. Quod donec significet, versandum est quod agitur multimoda varietate dicendi [...] Mox autem ut intellectum esse constiterit, aut sermo finiendus, aut in alia transeundum est.*

Idem, “l’attenzione di colui che parla (*cura dicentis*) deve andare incontro soprattutto a colui che tace (*tacenti* / l’ascoltatore) → ideologia linguistica della “comunicazione cristiana” nei secoli delle origini.

²⁷ Aug. *in evang. Ioh.* 7,23,31-35 Willems *Videmus enim et nutrices et matres descendere ad parvulos, et si norunt latina verba dicere, decurtant illa et quassant quodammodo linguam suam, ut possint de lingua diserta fieri blandimenta puerilia: quia si sic dicant, non audit infans, sed nec proficit infans.* Questo testo è stato commentato secondo una diversa pro-

Sant’Agostino, *Commento al Vangelo di Giovanni*, sul “latino nativo/materno”: *decurtant* e *quassant* - scorciano e spezzano le parole – sincopi e apocopi? Cfr., secoli dopo, Dante, *Ep. XIII*: volagre, lingua delle mulierculae.

²⁶⁷ *Ibid.* 86-91 *Hoc vero scire te cupio quia in quibusdam sensum solummodo, in quibusdam vero et verba cum sensu teneo, quia si de personis omnibus ipsa specialiter et verba tenere voluissem, haec rusticano usu prolata stilus scribentis non apte susciperet.* La nostra

Gregorio Magno, *Dialogi*, I, paraef.: “...la penna dello scriba non avrebbe saputo trattenere le parole espresse al modo dei rustici”

1. Materiali per lo studio del *sermo rusticus* - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle *scriptae* rustiche dell’Alto Medioevo [*rustica romana lingua – latino circa romancum*]

Titulus sepulchralis insculptus


Sarcophagus 34 x 37 x ?. Letters 1,5

Last recorded in Roma, Musei Vaticani, Lapidario Cristiano ex Lateranense

Date: 330

Edition(s): ICVR I, 1417; ILCV, 4667; Lega 2000, 48; Ferrua 1979b, 36, n. 1417

Other bibliography: CLRE, 631



Aur(elius) Fronto Titianus

sibi et Valeriae Constantiae

coiugi laudatissime quae vicxit

annis XIII mensibus tribus diebus

octo digne coiugi in pace dep(osi)t(a)

pridie nonas ienuaras

Fl(avio) Gallicano et Fl(avi) T(itiano)

cons(ulibu)s

1. Materiali per lo studio del *sermo rusticus* - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle *scriptae* rustiche dell’Alto Medioevo [*rustica romana lingua – latino circa romancum*]


Titulus sepulchralis insculptus

Tabula marmorea 51 x 124 x 6. Letters 3,5-4

Last recorded in Roma, Musei Capitolini, aula cristiana II

Date: 407

Edition(s): ICVR I, 1261; Ferrua 1979b, 31, n. 1261; ICVR VIII, 23442 Online: EDB18488



hic requiescit in pace Filicissima

quae vixit annus LX quae fecit cum viro

suo annus XLV deposita pridie kal(endas) ian(uarias)

Honorio Aug(usto) VII Hilaranus contra

votum posuit

((orans mulier cum corona))

Titulus sepulchralis insculptus

Tabula marmorea 54 x 88 x ?. Letters 5

Last recorded in Roma, s. Giovanni a porta Latina , portico, pavimento

Date: 300-399

Edition(s): ICVR I, 379; ILCV, 4233 A; Ferrua 1979b, 15, n. 379



[---?] Marcus qui vixit

annos LV men(ses) III

et vixit cum compare

suam annos XXVI

[d]epositus IIII non(as) aug(ustas)

1. Materiali per lo studio del *sermo rusticus* - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle *scriptae* rustiche dell’Alto Medioevo [*rustica romana lingua – latino circa romancum*]

Transcription	Majuscule
B(onae) m(emoriae)	B M
<D=O>esideria(!) qu(a)e visit(!) in s(a)eculo	OESIDERIA QVE VISIT IN SECVLO
an(n)us(!) plus minu(s) XXVI fecit	ANVS PLVS MINV XXVI FECIT
qum(!) Birginio(!) suo annus(!) XIII	QVM BIRGINIO SVO ANNVS XIII
deposita est VX K(alendas) Febr(u)arias	DEPOSITA EST VX K FEBRARIAS

Chronological Data:

18. 1. 401 AD – 500 AD

Literature:

- AE 1982, 0406. (B)
- M.P. Billanovich, *Epigraphica* 41, 1979, 162-163, Nr. 3. (B) - AE 1982.
- A. Calderini, *Epigraphica* 1, 1939, 43-44, Nr. 3. (B) - AE 1982.
- A. Calderini, in: *Studi in onore di Carlo Castiglioni prefetto dell' Ambrosiana* (Milano 1957) 210-211, Nr. 2. (B).

Find circumstances / present location



province: [Transpadana \(Regio XI\)](#)

country: Italy

ancient find spot: Mediolanum

modern find spot: Milano

find spot: [Cimitero di porta Vercellina \(Cimitero di Caio\)](#)

modern region: Lombardia

year of find: before 1955

present location: Milano, Università Cattolica del Sacro Cuore, Ist. Filolog.

Transcription	Majuscule
(H)ic iacet Gaudi-	IC IACET GAUDI
osa infantula	OSA INFANTVLA
qui(!) bissit(!) annoru-	QVI BISSIT ANNORV
m plus minu(s) tre-	M PLVS MINV TRE
s requiebit(!) in	S REQVIEBIT IN
pacem(!)	PACEM

Chronological Data:

401 AD – 600 AD

Literature:

- AE 1982, 0436. (B)
- G. Maetzke, in: *Atti del II Congresso Nazionale di Archeologia Cristiana, Matera 1969* (Roma 1971) 323, Anm. 13a; fig. 11. (B) - AE 1982.
- AE 1966, 0174.

Find circumstances / present location



province: [Sardinia](#)

country: Italy

ancient find spot: Turris Libisonis

modern find spot: Porto Torres

find spot: [Palazzo di Re Barbaro, Thermen](#)

modern region: Sardegna

year of find: 1963

1. Materiali per lo studio del sermo rusticus - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle scriptae rustiche dell’Alto Medioevo [rustica romana lingua – latino circa romancum]

Transcription	Majuscule
Martures(!)	MARTVRES
sancti boni	SANCTI BONI
benedicti bos(!)	BENEDICTI BOS
atiutate(!) Quiracu(!)	ATIVTATE QVIRACV

Chronological Data:

301 AD – 500 AD

Literature:

- AE 1988, 0036.
- C. Carletti (Hrsg.), *Iscrizioni cristiane a Roma. Testimonianze di vita cristiana (secoli III-IV)* (Firenze 1986) 108-109, Nr. 97. - AE 1988.
- E. Josi, *RAC* 1, 1924, 63-64; fig. 15. - AE 1988.
- ICUR n. s. 26350.

Find circumstances / present location



province: [Roma](#)

country: Italy

ancient find spot: Roma

modern find spot: Roma

find spot: [Via Salaria, S. Panfilo, Katakombe](#)

modern region: Lazio

Spagna - Provincia Baetica

Transcription	Majuscule
Su(m)	SV
Cerbio	CERBIO
e(m) fili Gerio vale	E FILI GERIO VALE
subduc te pater	SVBDVC TE PATER
ai(!) mise- ra	AI MISE RA
decollata	DECOLLATA
so(m)(!)	SO
uxor Mastale	VXOR MASTALE
et tu ere suma(!)	ET TV ERE SVMA
e(m) impor- tuna	E IMPOR TVNA
timio(!) ne vecte(m) franga(m)	TIMIO NE VECTE FRANGA
[--?] selvam(!)	[] SELVAM
[--?] grave	[] GRAVE
[-----]	[

Chronological Data:

301 AD – 400 AD

Literature:

- AE 1987, 0501a-c. (B)
- J. Lancha, in: A. Daviault - J. Lancha - L.A. López Palomo, *Un mosaico con inscripciones. Une mosaïque à inscriptions* (Madrid 1987) 24-31, Nr. 1-3; fig. 5-12. - AE 1987.

1. Materiali per lo studio del *sermo rusticus* - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle *scriptae* rustiche dell’Alto Medioevo [*rustica romana lingua – latino circa romancum*]



(Mosaico - Iberia)

Germania - lungo la linea della Mosella (transizione gallo-germanica)

Transcription	Majuscule
Hoc tetolo(!) fecet(!) Montana	HOC TETOLO FECET MONTANA
coniux sua Mauricio qui vi-	CONIVX SVA MAVRICIO QVI VI
sit(!) con(!) el(!)o(!) annus(!) d(u)odece(m)(!) et	SIT CON ELO ANNVS DODECE ET
portavit annus(!) q(u)arranta(!)	PORTAVIT ANNVS QARRANTA
tra(n)si(!)t die VIII K(a)l(endas) Iunias	TRASIT DIE VIII KL IVNIAS

Chronological Data:

401 AD – 600 AD

Literature:

- AE 1997, 1195.
- CIL 13, 07645.
- ILCV 2917.
- J. Kramer, ZPE 118, 1997, 281-286; Foto. - AE 1997.
- H. Adenauer, Die Kunstdenkmäler des Kreises Mayen (Düsseldorf 1943) 101, Nr. 3.
- (o. Autor), Kobern-Gondorf. Von der Vergangenheit zur Gegenwart (Kobern-Gondorf 1980) 54; Abb. 20.
- K. Matijević, Römische und frühchristliche Zeugnisse im Norden Obergermaniens. Epigraphische Studien zu unterer Mosel und östlicher Eifel (Rahden (Westf.) 2010) 335-340, Nr. 85; Abb. 8; Abb. 9 (Zeichnung).



1. Materiali per lo studio del *sermo rusticus* - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle *scriptae* rustiche dell’Alto Medioevo [*rustica romana lingua – latino circa romancum*]

Altre iscrizioni romane

1. Fossor, vide ne fodias. Deus magnu oclu abet, vice. Et tu filios abes.
2. Pupa que bel ais, tibi me misit qui tuus es (Pompei – I sec.)
3. Quisquis ama valia, peria qui nosci amare (Pompei – I sec.)

Ostrakon – “Lettera di Rustio Barbaro” (I d.C.)

Rustius Barbarus Pompeio fratri suo salutem opto deos ut bene valeas que mea vota sunt. Quid mi tan invidiose scribes aut tan levem me iudicas. Si tan cito viridia mi non mittes stati amicitiam tuam obliscere debio. Non sum tali aut tan levis ego te non tanquam amicum habio set tanqua[m] fratrem gemellum qui de unum ventrem exiut. Hun[c ver]bum sepius tibi scribo set tu [...]as me [...] iudicas accepi fasco coliclos et unum casium misi tibe per Arrianum equitem chiloma entro ha[b]et collyram I et in lintiolo [...] alligatum quod rogo te ut ema[s] mi matium salem et [mi]ttas mi celerius quia pane volo facere vale frater k[a]rissime.

Altre epigrafi (presentate e discusse in D’A.S. Avalle, *Protostoria delle lingue romanze*, Torino 1965 - già prima in G. Rohlff, *Sermo vulgaris latinus*, Tubinga 1956)

AVR. DOMNVLAE VXORI
DULCISSIMAE FL. ROMVLIANUS
EX PP. SVO ARCAM COMPARAVIT

CIL XIII, 2483 (iscrizione delle Gallie, VII sec.): *Hic requiescunt membra ad duus fratres, Gallo et Fidencio, qui foerunt filii Magno*

PASSIO SANCTARUM PERPETUAE ET FELICITATIS (martirizzate circa nell’anno 203)
(Atti del martirio di Perpetua e Felicita, inizi III sec.)

[1] Si uetera fidei exempla et Dei gratiam testificantia et aedificationem hominis operantia propterea in litteris sunt digesta ut lectione eorum quasi repraesentatione rerum et Deus honoretur et homo confortetur, cur non et noua documenta aequae utrique causae conuenientia et digerantur?

[...]

[2] Apprehensi sunt adolescentes catechumeni, Reuocatus et Felicitas, conserua eius, Saturninus et Secundulus. Inter hos et Vibia Perpetua, honeste nata, liberaliter instituta, matronaliter nupta, 2. habens patrem et matrem et fratres duos, alterum aequae catechumenum, et filium infantem ad ubera. 3. erat autem ipsa circiter annorum uiginti duo. haec ordinem totum martyrii sui iam hinc ipsa narrauit sicut conscriptum manu sua et suo sensu reliquit.

[3] Cum adhuc, inquit, cum prosecutoribus essemus et me pater uerbis euertere cupiret et deicere pro sua affectione perseueraret: Pater, inquam, uides uerbi gratia uas hoc iacens, urceolum siue aliud? et dixit: Video. 2. et ego dixi ei: Numquid alio nomine uocari potest quam quod est? et ait: Non. sic et ego aliud me dicere non possum nisi quod sum, Christiana. 3. tunc pater motus hoc uerbo mittit se in me ut oculos mihi erueret, sed uexauit tantum et profectus est uictus cum argumentis diaboli. 4. tunc paucis diebus quod caruissem patre, domino gratias egi et refrigeraui absentia illius. 5. in ipso spatio paucorum dierum baptizati sumus, et mihi

1. Materiali per lo studio del sermo rusticus - testimoni e diastratia del "latino volgare" (fasi antiche, "latino dei cristiani"...) / 2. Dal "latino volgare" alle scriptae rustiche dell'Alto Medioevo [rustica romana lingua – latino circa romancum]

Spiritus dictauit non aliud petendum ab aqua nisi sufferentiam carnis. post paucos dies recipimur in carcerem; et expaui, quia numquam experta eram tales tenebras. 6. o diem asperum: aestus ualidus turbarum beneficio, concussurae militum. nouissime macerabar sollicitudine infantis ibi. 7. tunc Tertius et Pomponius, benedicti diaconi qui nobis ministrabant, constituerunt praemio uti paucis horis emissi in meliorem locum carceris refrigeraremus. 8. tunc exeuntes de carcere uni uersi sibi uacabant. ego infantem lactabam iam inedia defectum; sollicita pro eo adloquebar matrem et confortabam fratrem, commendabam filium; tabescebam ideo quod illos tabescere uideram mei beneficio. 9. tales sollicitudines multis diebus passa sum; et usurpauit ut mecum infans in carcere maneret; et statim conualui et releuata sum a labore et sollicitudine infantis, et factus est mihi carcer subito praetorium, ut ibi mallet esse quam alicubi.

[4] Tunc dixit mihi frater meus: Domina soror, iam in magna dignatione es, tanta ut postules uisionem et ostendatur tibi an passio sit an commeatus. 2. et ego quae me sciebam fabulari cum Domino, cuius beneficia tanta experta eram, fidenter repromisi ei dicens: Crastina die tibi renuntiabo. et postulauit, et ostensum est mihi hoc. 3. uideo scalam aeream mirae magnitudinis pertingentem usque ad caelum et angustam, per quam nonnisi singuli ascendere possent, et in lateribus scalae omne genus ferramentorum infixum. erant ibi gladii, lanceae, hami, machaerae, ueruta, ut si quis neglegenter aut non sursum attendens ascenderet, laniaretur et carnes eius inhaererent ferramentis. 4. et erat sub ipsa scala draco cubans mirae magnitudinis, qui ascendentibus insidias praestabat et exterrebat ne ascenderent. 5. ascendit autem Saturus prior, qui postea se propter nos ultro tradiderat (quia ipse nos aedificauerat), et tunc cum adducti sumus, praesens non fuerat. 6. et peruenit in caput scalae et conuertit se et dixit mihi: Perpetua, sustineo te; sed uide ne te mordeat draco ille. et dixi ego: Non me nocebit, in nomine Iesu Christi. 7. et desub ipsa scala, quasi timens me, lente eiecit caput. et quasi primum gradum calcarem, calcaui illi caput et ascendi. 8. et uidi spatium immensum horti et in medio sedentem hominem canum in habitu pastoris, grandem, oues mulgentem. et circumstantes candidati milia multa. 9. et leuauit caput et aspexit me et dixit mihi: Bene uenisti, teknon. et clamauit me et de caseo quod mulgebat dedit mihi quasi buccellam; et ego accepi iunctis manibus et manducaui; et uniuersi circumstantes dixerunt: Amen. 10. et ad sonum uocis experrecta sum, conmanducans adhuc dulce nescio quid. et retuli statim fratri meo; et intelleximus passionem esse futuram, et coepimus nullam iam spem in saeculo habere.

[5] Post paucos dies rumor cucurrit ut audiremur. superuenit autem et de ciuitate pater meus, consumptus taedio, et ascendit ad me, ut me deiceret, dicens: 2 Miserere, filia, canis meis; miserere patri, si dignus sum a te pater uocari; si his te manibus ad hunc florem aetatis prouexi, si te praeposui omnibus fratribus tuis: ne me dederis in dedecus hominum. 3. aspice fratres tuos, aspice matrem tuam et materteram, aspice filium tuum qui post te uiuere non poterit. 4. depone animos; ne uniuersos nos extermines. nemo enim nostrum libere loquetur, si tu aliquid fueris passa. 5. haec dicebat quasi pater pro sua pietate basians mihi manus et se ad pedes meos iactans et lacrimans me iam non filiam nominabat sed dominam. 6. et ego dolebam casum patris mei quod solus de passione mea gauisurus non esset de toto genere meo. et confortauit eum dicens: Hoc fiet in illa catasta quod Deus uoluerit. scito enim nos non in nostra esse potestate constitutos, sed in Dei. et recessit a me contristatus.

[6] Alio die cum pranderemus, subito rapti sumus ut audiremur. et peruenimus ad forum. rumor statim per uicinas fori partes cucurrit et factus est populus immensus. 2. ascendimus in catastam. interrogati ceteri confessi sunt. uentum est et ad me. et apparuit pater ilico cum filio meo et extraxit me de gradu dicens: Supplica. miserere infanti. 3. et Hilarianus procurator, qui tunc loco proconsulis Minuci Timiniani defuncti ius gladii acceperat, Parce, inquit, canis patris tui, parce infantiae pueri. fac sacrum pro salute imperatorum. 4. et ego respondi: Non facio. Hilarianus: Christiana es? inquit. et ego respondi: Christiana sum. 5. et cum staret pater ad me deiciendam, iussus est ab Hilariano proiciet uirga percussus est. et doluit mihi casus patris mei quasi ego fuissem percussa; sic dolui pro senecta eius misera. 6. tunc nos uniuersos pronuntiat et damnat ad bestias; et hilares descendimus ad carcerem. 7. tunc quia consueuerat a me infans mammas accipere et mecum in carcere manere, statim mitto ad patrem Pomponium diaconum, postulans infantem. sed pater dare noluit. 8. et quomodo Deus uoluit, neque ille amplius mammas desiderauit neque mihi feruorem fecerunt ne sollicitudine infantis et dolore mammarum macerarer.

[7] Post dies paucos, dum uniuersi oramus, subito media oratione profecta est mihi uox et nominaui Dinocraten. et obstipui quod numquam mihi in mentem uenisset nisi tunc, et dolui commemorata casus eius. 2. et cognoui me statim dignam esse et pro eo petere debere. et coepi de ipso orationem facere multum et ingemescere ad dominum. 3. continuo ipsa nocte ostensum est mihi hoc. 4. uideo Dinocraten exeuntem de loco tenebroso ubi

1. Materiali per lo studio del *sermo rusticus* - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle *scriptae* rustiche dell’Alto Medioevo [*rustica romana lingua – latino circa romancum*]

et conplures erant, aestuantem ualde et sitientem, sordido cultu et colore pallido; et uulnus in facie eius, quod cum moreretur habuit. 5. hic Dinocrates fuerat frater meus carnalis, annorum septem, qui per infirmitatem facie cancerata male obiit ita ut mors eius odio fuerit omnibus hominibus. 6. pro hoc ergo orationem feceram; et inter me et illum grande erat diastema ita ut uterque ad inuicem accedere non possemus. 7. erat deinde in illo loco ubi Dinocrates erat piscina plena aqua, altiozem marginem habens quam erat statura pueri; et extendebat se Dinocrates quasi bibiturus. 8. ego dolebam quod et piscina illa aquam habebat et tamen propter altitudinem marginis bibiturus non esset. 9. et experrecta sum, et cognoui fratrem meum laborare. sed fidebam me profuturam labori eius. et orabam pro eo omnibus diebus quousque transiuimus in carcerem castrensem. munere enim castrensi eramus pugnaturi; natale tunc Getae Caesaris. 10. et feci pro illo orationem die et nocte gemens et lacrimans ut mihi donaretur.

[8] Die quo in neruo mansimus, ostensum est mihi hoc. uideo locum illum quem retro uideram et Dinocraten mundo corpore bene uestitum refrigerantem; et ubi erat uulnus uideo cicatricem, 2 et piscinam illam, quam retro uideram, summisso margine usque ad umbilicum pueri; et aquam de ea trahebat sine cessatione. 3. et super marginem fiala aurea plena aqua. et accessit Dinocrates et de ea bibere coepit; quae fiala non deficiebat. 4. et satiatus accessit de aqua ludere more infantium gaudens. et experrecta sum. tunc intellexi translatum eum esse de poena.

[9] Deinde post dies paucos Pudens miles optio, praepositus carceris, nos magnificare coepit intellegens magnam uirtutem esse in nobis; qui multos ad nos admittebat ut et nos et illi inuicem refrigeraremus. 2. ut autem proximauit dies muneris, intrat ad me pater meus consumptus taedio, et coepit barbam suam euellere et in terram mittere, et prosternere se in faciem, et inproperare annis suis, et dicere tanta uerba quae mouerent uniuersam creaturam. 3. ego dolebam pro infelici senecta eius.

[10] Pridie quam pugnarem, uideo in horomate hoc: uenisse Pomponium diaconum ad ostium carceris et pulsare uehementer. 2. et exiui ad eum et aperui ei; qui erat uestitus discincta candida, habens multiplices galliculas. 3. et dixit mihi: Perpetua, te expectamus; ueni. et tenuit mihi manum et coepimus ire per aspera loca et flexuosa. 4. uix tandem peruenimus anhelantes ad amphitheatrum et induxit me in media arena et dixit mihi: Noli pauere. hic sum tecum et conlaboro tecum. et abiit. 5. et aspicio populum ingentem adtonitum; et quia sciebam me ad bestias damnatam esse, mirabar quod non mitterentur mihi bestiae. 6. et exiuit quidam contra me Aegyptius foedus specie cum adiutoribus suis pugnaturus mecum. ueniunt et ad me adolescentes decori, adiutores et fautores mei. 7. et expoliata sum et facta sum masculus; et coeperunt me fautores mei oleo defricare, quomodo solent in agone. et illum contra Aegyptium uideo in afa uolutantem. 8. et exiuit uir quidam mirae magnitudinis ut etiam excederet fastigium amphitheatri, discinctatus, purpuram inter duos clauos per medium pectus habens, et galliculas multiformes ex auro et argento factas, et ferens uirgam quasi lanista, et ramum uiridem in quo erant mala aurea. 9. et petiit silentium et dixit: Hic Aegyptius, si hanc uicerit, occidet illam gladio; haec, si hunc uicerit, accipiet ramum istum. 10. et recessit. et accessimus ad inuicem et coepimus mittere pugnos. ille mihi pedes adprehendere uolebat; ego autem illi calcibus faciem caedebam. 11. et sublata sum in aere et coepi eum sic caedere quasi terram non calcans. at ubi uidi moram fieri, iunxi manus ut digitos in digitos mitterem et apprehendi illi caput; et cecidit in faciem et calcaui illi caput. 12. et coepit populus clamare et fautores mei psallere. et accessi ad lanistam et accepi ramum. 13. et osculatus est me et dixit mihi: Filia, pax tecum. et coepi ire cum gloria ad portam Sanauuariam. et experrecta sum. 14. et intellexi me non ad bestias, sed contra diabolum esse pugnaturam; sed sciebam mihi esse uictoriam. 15. hoc usque in pridie muneris egi; ipsius autem muneris actum, si quis uoluerit, scribat.

[11] Sed et Satorus benedictus hanc uisionem suam edidit, quam ipse conscripsit. 2. Passi, inquit, eramus, et exiuimus de carne, et coepimus ferri a quattuor angelis in orientem, quorum manus nos non tangebant. 3. ibamus autem non supini sursum uersi, sed quasi mollem cliuum ascendentes. 4. et liberato primo mundo uidimus lucem immensam, et dixi Perpetuae (erat enim haec in latere meo): Hoc est quod nobis Dominus promittebat: percepimus promissionem. 5. et dum gestamur ab ipsis quattuor angelis, factum est nobis spatium grande, quod tale fuit quasi uiridarium arbores habens rosae et omne genus flores. 6. altitudo arborum erat in modum cypressi, quarum folia cadebant sine cessatione. 7. ibi autem in uiridario alii quattuor angeli fuerunt clariores ceteris: qui, ubi uiderunt nos, honorem nobis dederunt, et dixerunt ceteris angelis, Ecce sunt, ecce sunt, cum admiratione. et expauescentes quattuor illi angeli qui gestabant nos, deposuerunt nos. 8. et pedibus nostris transiuimus ad stadium uia lata. 9. ibi inuenimus Iocundum et Saturninum et Artaxium, qui eadem

1. Materiali per lo studio del *sermo rusticus* - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle *scriptae* rustiche dell’Alto Medioevo [*rustica romana lingua – latino circa romancum*]

persecutione uiui arserunt, et Quintum, qui et ipse martyr in carcere exierat. et quaerebamus de illis, ubi essent. 10. ceteri angeli dixerunt nobis: Venite prius, introite, et salutate Dominum.

[12] Et uenimus prope locum cuius loci parietes tales erant quasi de luce aedificati; et ante ostium loci illius angeli quattuor stabant, qui introeuntes uestierunt stolas candidas. 2. et introiuimus, et audiuimus uocem unitam dicentem, agios agios agios, sine cessatione. 3. et uidimus in eodem loco sedentem quasi hominem canum, niueos habentem capillos et uultu iuuenili, cuius pedes non uidimus. 4. et in dextera et in sinistra seniores quattuor, et post illos ceteri seniores complures stabant. 5. et introeuntes cum admiratione stetimus ante thronum, et quattuor angeli subleuauerunt nos et osculati sumus illum, et de manu suatraiecit nobis in faciem. 6. et ceteri seniores dixerunt nobis: Stemus; et stetimus et pacem fecimus. et dixerunt nobis seniores: Ite et ludite. 7. et dixi Perpetuae: Habes quod uis. et dixit mihi: Deo gratias, ut quomodo in carne hilaris fui, hilarior sim et hic modo.

[13] Et exiimus et uidimus ante fores Optatum episcopum ad dexteram et Aspasium presbyterum doctorem ad sinistram separatos et tristes. 2. et miserunt se ad pedes nobis et dixerunt: Componite inter nos, quia existis, et sic nos reliquistis. 3. et diximus illis: Non tu es papa noster et tu presbyter, ut uos ad pedes nobis mittatis? et moti sumus et complexi illos sumus. 4. et coepit Perpetua graece cum illis loqui, et segregauimus eos in uiridarium sub arbore rosae. 5. et dum loquimur cum eis, dixerunt illis angeli: Sinite illos refrigerent; et si quas habetis inter uos dissensiones, dimittite uobis inuicem. 6. et conturbauerunt eos. et dixerunt Optato: Corrige plebem tuam, quia sic ad te conueniunt quasi de circo redeuntes et de factionibus certantes. 7. et sic nobis uisum est quasi uellent claudere portas. 8. et coepimus illic multos fratres cognoscere sed et martyras. uniuersi odore inenarrabili alebatur qui nos satiabat. tunc gaudens experrectus sum.

[14] Hae uisiones insigniores ipsorum martyrum beatissimorum Saturi et Perpetuae, quas ipsi conscripserunt. 2. Secundulum uero Deus maturiore exitu de saeculo adhuc in carcere euocauit non sine gratia ut bestias lucraretur. 3. gladium tamen etsi non anima certe caro eius agnouit.

[15] Circa Felicitatem uero et illi gratia domini eiusmodi contigit. 2. cum octo iam mensium uentrem haberet (nam praegnans fuerat adprehensa), instante spectaculi die in magno erat luctu ne propter uentrem differretur (quia non licet praegnantem poenae repraesentari) et ne inter alios postea sceleratos sanctum et innocentem sanguinem funderet. 3. sed et conmartires grauius contristabantur ne tam bonam sociam quasi comitem solam in uia eiusdem spei relinquerent. 4. coniuncto itaque unito gemitu ad Dominum orationem fuderunt ante tertium diem muneris. 5. statim post orationem dolores inuaserunt. et cum pro naturali difficultate octauis mensis in partu laborans doleret, ait illi quidam ex ministris cataractariorum: Quae sic modo doles, quid facies obiecta bestiis, quas contempsisti cum sacrificare noluisti? 6. et illa respondit: Modo ego patior quod patior; illic autem alius erit in me qui patietur pro me, quia et ego pro illo passura sum. 7. ita enixa est puellam, quam sibi quaedam soror in filiam educauit.

[16] Quoniam ergo permisit et permittendo uoluit Spiritus Sanctus ordinem ipsius muneris conscribi, etsi indigni ad supplementum tantae gloriae describendae, tamen quasi mandatum sanctissimae Perpetuae, immo fideicommissum eius exequimur, unum adicientes documentum de ipsius constantia et animi sublimitate. 2. cum tribunus castigatus eos castigaret, quia ex admonitionibus hominum uanissimorum uerebatur ne subtraherentur de carcere incantationibus aliquibus magicis, in faciem ei Perpetua respondit: 3 Quid utique non permittis nobis refrigerare noxiis nobilissimis, Caesaris scilicet, et natali eiusdem pugnaturis? aut non tua gloria est, si pinguiore illo producamur? 4. horruit et erubuit tribunus; et ita iussit illos humanius haberi ut fratribus eius et ceteris facultas fieret introeundi et refrigerandi cum eis, iam et ipso optione carceris credente.

[17] Pridie quoque cum illam cenam ultimam quam liberam uocant, quantum in ipsis erat, non cenam liberam sed agapem cenarent, eadem constantia ad populum uerba iactabant, comminantes iudicium Dei, contestantes passionis suae felicitatem, inridentes concurrentium curiositatem, dicente Saturo: 2 Crastinus satis uobis non est? quid libenter uidetis quod odistis? hodie amici, cras inimici. notate tamen uobis facies nostras diligenter, ut recognoscatis nos in die illo. 3. ita omnes inde adtoniti discedebant, ex quibus multi crediderunt.

[18] Illuxit dies uictoriae illorum, et processerunt de carcere in amphitheatrum quasi in caelum hilares, uultu decori, si forte gaudio pauentes non timore. 2. sequebatur Perpetua lucido uultu et placido incessu ut matrona Christi, ut Dei delicata, uigore oculorum deiciens omnium conspectum. 3. item Felicitas, saluam se peperisse

1. Materiali per lo studio del sermo rusticus - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle scriptae rustiche dell’Alto Medioevo [rustica romana lingua – latino circa romancum]

gaudens ut ad bestias pugnaret, a sanguine ad sanguinem, ab obstetrice ad retiarium, lotura post partum baptismo secundo. 4. et cum ducti essent in portam et cogentur habitum induere, uiri quidem sacerdotum Saturni, feminae uero sacratarum Cereri, generosa illa in finem usque constantia repugnauit. 5. dicebat enim: Ideo ad hoc sponte peruenimus ne libertas nostra obduceretur; ideo animam nostram addiximus, ne tale aliquid faceremus; hoc uobiscum pacti sumus. 6. agnouit iniustitia iustitiam: concessit tribunus. quomodo erant, simpliciter inducerentur. 7. Perpetua psallebat caput iam Aegyptii calcans. Reuocatus et Saturninus et Satorus populo spectanti comminabantur. 8. dehinc ut sub conspectu Hilariani peruenerunt, gestu et nutu coeperunt Hilariano dicere: Tu nos, inquit, te autem Deus. 9. ad hoc populus exasperatus flagellis eos uexari per ordinem uenatorum postulauit; et utique gratulati sunt quod aliquid et de dominicis passionibus essent consecuti.

[19] Sed qui dixerat: Petite et accipietis, petentibus dederat eum exitum quem quis desiderauerat. 2. nam, si quando inter se de martyrii sui uoto sermocinabantur, Saturninus quidem omnibus bestiis uelle se obici profitebatur, ut scilicet gloriosiore gestaret coronam. 3. itaque in commissione spectaculi ipse et Reuocatus leopardum experti etiam super pulpitem ab urso uexati sunt. 4. Satorus autem nihil magis quam ursum abominabatur; sed uno morsu leopardi confici se iam praesumebat. 5. itaque cum apro subministraretur, uenator potius qui illum apro subligauerat, subfossus ab eadem bestia post dies muneris obiit; Satorus solummodo tractus est. 6. et cum ad ursum substrictus esset in ponte, ursus de caeua prodire noluit. itaque secundo Satorus inlaesus reuocatur.

[20] Puellis autem ferocissimam uaccam ideoque praeter consuetudinem comparatam diabolus praeparauit, sexui earum etiam de bestia aemulatus. 2. itaque dispoliatae et reticulis indutae producebantur. horrui populus alteram respiciens puellam delicatam, alteram a partu recentem stillantibus mammis. 3. ita reuocatae et discinctis indutae. prior Perpetua iactata est et concidit in lumbos. 4. et ubi sedit, tunicam a latere discissam ad uelamentum femoris reduxit pudoris potius memor quam doloris. 5. dehinc acu requisita et dispersos capillos infibulauit; non enim decebat martyram sparsis capillis pati, ne in sua gloria plangere uideretur. 6. ita surrexit et elisam Felicitatem cum uidisset, accessit et manum ei tradidit et suscitauit illam. et ambae pariter steterunt. 7. et populi duritia deuicta, reuocatae sunt in portam Sanauuariam. 8. illic Perpetua a quodam tunc catechumeno Rustico nomine qui ei adhaerebat, suscepta et quasi a somno expergita (adeo in spiritu et in extasi fuerat) circumspicere coepit et stupentibus omnibus ait: Quando, inquit, producimur ad uaccam illam nescioquam? 9. et cum audisset quod iam euenerat, non prius credidit nisi quasdam notas uexationis in corpore et habitu suo recognouisset. 10. exinde accersitum fratrem suum et illum catechumenum, adlocuta est dicens: In fide state et inuicem omnes diligite, et passionibus nostris ne scandalizemini.

[21] Item Satorus in alia porta Pudentem militem exhortabatur dicens: Ad summam, inquit, certe, sicut praesumpsi et praedixi, nullam usque adhuc bestiam sensi. et nunc de toto corde credas: ecce prode illo, et ab uno morsu leopardi consummor. 2. et statim in fine spectaculi leopardo obiectus de uno morsu tanto perfusus est sanguine, ut populus reuertenti illi secundi baptismatis testimonium reclamauerit: Saluum lotum! saluum lotum! 3. plane utique saluus erat qui hoc modo lauerat. 4. tunc Pudenti militi, [inquit] Vale, inquit, et memento fidei et mei; et haec te non conturbent, sed confirment. 5. simulque ansulam de digito eius petiit, et uulneri suo mersam reddidit ei hereditatem, pignus relinquens illi et memoriam sanguinis. 6. exinde iam exanimis prosternitur cum ceteris ad iugulationem solito loco. 7. et cum populus illos in medio postularet, ut gladio penetranti in eorum corpore oculos suos comites homicidii adiungerent, ultro surrexerunt et se quo uolebat populus transtulerunt, ante iam osculati inuicem, ut martyrium per sollempnia pacis consummarent. 8. ceteri quidem immobiles et cum silentio ferrum receperunt: multo magis Satorus, qui et prior ascenderat, prior reddidit spiritum; nam et Perpetuam sustinebat. 9. Perpetua autem, ut aliquid doloris gustaret, inter ossa conpuncta exululauit, et errantem dexteram tirunculi gladiatoris ipsa in iugulum suum transtulit. 10. fortasse tanta femina aliter non potuisset occidi, quae ab inmundo spiritu timebatur, nisi ipsa uoluisset.

11. O fortissimi ac beatissimi martyres! o uere uocati et electi in gloriam domini nostri Iesu Christi! quam qui magnificat et honorificat et adorat, utique et haec non minora ueteribus exempla in aedificationem Ecclesiae legere debet, ut nouae quoque uirtutes unum et eundem semper Spiritum Sanctum usque adhuc operari testificentur, et omnipotentem Deum Patrem et Filium eius Iesum Christum dominum nostrum, cui est claritas et inmensa potestas in saecula saeculorum. Amen.

1. Materiali per lo studio del sermo rusticus - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle scriptae rustiche dell’Alto Medioevo [rustica romana lingua – latino circa romanicum]


Estratti dalla *Peregrinatio Egeriae* (IV-V sec.) - il manoscritto che tramanda il testo è dell’XI sec.

Nobis ergo euntibus ab eo loco, ubi venientes a Faran feceramus orationem, iter sic fuit, ut per medium transversarem caput ipsius vallis et sic plecaremus nos ad montem Dei. [5] Mons autem ipse per giro quidem unus esse videtur; intus autem quod ingrederis, plures sunt, sed totum mons Dei appellatur, specialis autem ille, in cuius summitate est hic locus, ubi descendit maiestas Dei, sicut scriptum est, in medio illorum omnium est. [6] Et cum hi omnes, qui per girum sunt, tam excelsi sint quam nunquam me puto vidisse, tamen ipse ille medianus, in quo descendit maiestas Dei, tanto altior est omnibus illis ut, cum subissemus in illo, prorsus toti illi montes, quos excelsos videramus, ita infra nos essent ac si colliculi permodici essent.

[...]

Euntibus nobis commonuit presbyter loci ipsius, id est de Libiadae, quem ipsum nobiscum rogantes moveramus de mansione, quia melius ipsa loca noverat: dicit ergo nobis ipse presbyter: «Si vultis videre aquam, quae fluit de petra, id est quam dedit Moyses filiis Israel sitientibus, potestis videre, si tamen volueritis laborem vobis imponere, ut de via camsemus forsitan miliario sexto». Quod cum dixisset, nos satis avidi optati sumus ire, et statim divertentes a via secuti sumus presbyterum, qui nos ducebat. In eo ergo loco ecclesia est pisinna subter montem

Appendix Probi (V-VI sec. ?) - il manoscritto che tramanda il testo è del VII/VIII sec.



Porphireticum marmor non purpureticum marmor
tolonium non toloneum
speculum non speculum
masculus non masclus
uetulus non ueclus
uitulus non uiclus
uernaculus non uernaclus
articulus non articlus
baculus non uaculus
angulus non anglus

1. Materiali per lo studio del *sermo rusticus* - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle *scriptae* rustiche dell’Alto Medioevo [*rustica romana lingua – latino circa romanicum*]

iugulus non iuglus
calcostegis non calcosteis
septizonium non septidonium
uacua non uaqua
uacui non uaqui
cultellum non cuntellum
marsias non marsuas
cannelam non canianus
hercules non herculens
columna non colomna
pecten non pectinis
aquaeductus non aquiductus
cithara non citera
crista non crista
formica non furmica
musium non museum
exequae non execiae
Gyrus non gyrus
auus non aus
miles non milex
sobrius non suber
figulus non figel
masculus non mascel
lanius non laneo
iuuencus non iunenclus
barbarus non barbar
equus non ecus
coqus non cocus
coquens non cocens
coqui non coci
acre non acrum
pauper mulier non paupera mulier
carcer non carcare
brauium non brabium
pancarpus non parcompus
theofilus non izofilus
homfagium non monofagium
byzacenus non bizacinus
capsesis non capsessis
catulus non catellus
catula non catella
doleum non dolium
calida non calda (utrumque dicitur)
frigida non fricda
uinea non uinia
tristis non tristus
tersus non tertus
umbilicus non imbilicus
turma non torma
celebs non celeps
ostium non osteum
flauus non flaus
cauea non cauia
senatus non sinatus
brattea non brattia

1. Materiali per lo studio del *sermo rusticus* - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle *scriptae* rustiche dell’Alto Medioevo [*rustica romana lingua – latino circa romancum*]

cochlea non coclia
cocleare non cocliarium
palearium non paliarium
primipilaris non primipilarius
alueus non albeus
glouus non glomus
lancea non lancia
fauilla non failla
orbis non orbs
formosus non formunsus
ansa non asa
flagellum non fragellum
i calatis non galatus i
digitus non dicitus
solea non solia
calceus non calcius
iecur non iocur
auris non oricla
camera non cammara
pegma non peuma
cluaca non clauoca
ales non alis
facies non facs
cautes non cautis
pleues non pleuis
uates non uatis
tabes non tauis
suppellex non superlex (utrumque dicitur)
apes non apis
nubes non nubs
suboles non subolis
uulpes non uulpis
palumbes non palumbus
lues non luis
deces non decis
sepes non sepis
uepres non uepris
fames non famis
clades non cladis
syrtes non syrtis
aedes non aedis
sedes non sedis
proles non prolis
draco non dracco
oculus non oclus
aqua non acqua
alium non aleum
lilium non lileum
Glis non gleris
delirus non delerus
tinea non tinia
exter non extraneus
clamis non clamus
uir non uyr
uirgo non uyrgo

1. Materiali per lo studio del *sermo rusticus* - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle *scriptae* rustiche dell’Alto Medioevo [*rustica romana lingua – latino circa romanicum*]

uirga non uyrga
occasio non occansio
caligo non calligo
terebra non telebra n
effeminatus non imfimenatus
botruus non butro
grus non gruis
anser non ansar
tabula non tabla
puella non poella
balteus non baltius
fax non facla
uico capitis Africae non uico caput Africae
uico tabuli proconsolis non uico tabulu proconsulis
uico castrorum non uico castrae
uico strobili non uico strobili
teter non tetrus
aper non aprus
amycdala non amiddola
fasseolus non fassiolus
stabulum non stablum
triclinium non triclinu
dimidius non demidius
turma non torma
pusillus non pisinnus
meretrix non menetris
aries non ariex
<persica> non bessica
<dysente>ricus non bisentericus
opobalsa<mum> non ababal<sa>mum
m<e>nsa non m<e>sa
raucus non draucus
auctor non autor
auctoritas non autoritas
ipsum non ipsud
lintieum non lintium
ampora non amfora
terraemotus non terrimotium
noxius non noxeus
coruscus non scoriscus
tonitro non tonotru
passer non passar
anser non ansar
hirundo non horundo
obst<etri>x non ossetrix <...> (nam ab osse <...> dicitur)
capitulum non capiclum
nouerca non nouarca
nurus non nura
socrus non socra
neptis non nepticla
anus non anucla
tundeo non detundo
rius non riuus
imago non emago
pauor non paor

1. Materiali per lo studio del *sermo rusticus* - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle *scriptae* rustiche dell’Alto Medioevo [*rustica romana lingua – latino circa romancum*]

coluber non colober
adipes non alipes
sibilus non sifilus
frustrum non frustum
plebs non pleps
garrulus non garulus
parentalia non parantalia
celebs non celeps
poples non poplex
locuples non locuplex
robigo non rubigo
plasta non blasta
bipennis non bipinnis (utrumque a pinna dicitur)
ermeneumata non erminomata
tymum non tumum
strofa non stropa
bitumen non butumen
mergus non mergulus
myrta non murta
zizu<.>a non zizipa
iunepirus non ziniperus
tolerauilis non tolerabilis
basilica non bassilica
tribula non tribla
uiridis non uirdis
constabilitus non constabilitus
sirena non serena
musium uel musiuum non museum (locus est musarum)
labsus non lapsus
orilegium non orologium
ostiae non hostiae
februarius non febrarius
glatri non cracli
allec non allex
rabidus non rabiosus dicitur
tintinaculum non tintinabulum
adon non adonius
grundio non grunnio dicitur
uapulo non baplo
necne non necnec
passim non passi
numquit non mimquit
numquam non numqua
nouiscum non noscum
uo<biscu>m non <uosc>um
nesci<oubi> non <nescio>cube
pridem non pride
olim non oli
adhuc non aduc
idem non ide

1. Materiali per lo studio del *sermo rusticus* - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle *scriptae* rustiche dell’Alto Medioevo [*rustica romana lingua – latino circa romancum*]

2. *Scriptae* rustiche dell’Alto Medioevo.

Presenze dei volgari romanzi nella scrittura latina dell’VIII-IX sec.

19.

BREVE DE INQUISITIONE.

713 giugno 20, Siena.

Gunteram notaio regio, per ordine del re Liutprando, fa una inquisizione, interrogando specialmente vari ecclesiastici, circa la vertenza tra i vescovadi di Siena e di Arezzo per il possesso di chiese e monasteri nel territorio Senese.

Copia del IX-X secolo: archivio Capitolare di Arezzo, n. 2 [B].

Edizioni: MURATORI, *Antiq. Ital.* VI, 371, da B = PECCI, *Storia del vescovado della città di Siena*, p. 20 = LAMI, *Monumenta eccl. Florentinar.*, I, 313 = BRUNETTI, *Codice diplom. Toscano*, I, 430, n. 8 = TROYA, III, 185, n. 406 = CAPPELLETTI, *Le chiese d’Italia*, XVII, 380. PASQUI, *Documenti per la storia della città di Arezzo nel medio evo*, I, 9, n. 5 (con facs.), da B.

Regesti: BETHMANN und HOLDER-EGGER, n. 51; HÖBNER, n. 650.

Cf.: SCHUPFER, *Aldi &c.* op. cit. pp. 1173, 1184; REPETTI, *Dizionario*, V, 297-299; LUSINI, op. cit. in *Bollettino Senese di storia patria*, V, 347 sgg.

Si vedano i documenti nn. 4, 17, 20 riguardanti la controversia tra i due vescovadi. Il notaio Gunteram interrogò anche Tagiperto gastaldio di Siena, come si apprende dal documento n. 20 (cf. p. 81 r. 6), quindi non abbiamo in questo breve il testo dell’intera inquisitio.

✠ Sub die duodecimo kalendarum iuliarum, indictione tertia decima. In nomine domini Dei et saluatoris nostri Iesu Christi. Breue de singulos presbiteros, quos per iussionem excellentissimi domni nostri Liutprandi regis ego Guntheram notarius in curte
5 regia Senense inquisibi, de dioceas illas et monasteria de quibus intentio inter episcopum Senensem ciuitatis nec non et Aretine ecclesiae idemque episcopum uertebatur; posita sancta quatuor Dei euangelia et crucem Domini et sanctum calicem eius

[...]

Item Ursus presbiter senex de Sancto Felice fines Clusinas dixit: Uecinus sum cum istas diocias ^(b), Deo teste, semper usque ^(c) in Sancto Angilo fine Pisana semper istas diocias, de quibus mihi breue ostendes, semper Sancti Donati esse scio, et sagationem a pontificem Aredine ecclesiae habere; nam episcopus Senense numquam ibidem habuit ^(d) nulla dominationem, nec numquam uidi quod ad Senense episcopo pertenuissent, nisi semper ab Aredino episcopo
5 sagationem et obidientia abuerunt, nisi anno isto, in uico nomini oraculo Sancti Ampsani, quem intra sua diocia episcopus Aredinus sagrauit, nomine Bonushomo. iste Adeodatus episcopus isto anno fecit ibi fontis, et sagrauit eas a lumen per nocte, et fecit ibi presbitero uno infantulo abente annos non plus duodecem, qui nec
10 uespero sapit, nec madodinos facere, nec missa cantare. nam consubrino eius coetaneo ecce mecum abeo: uidete, si potit, et cognoscite presbiterum esse.

1. Materiali per lo studio del sermo rusticus - testimoni e diastratia del "latino volgare" (fasi antiche, "latino dei cristiani"...) / 2. Dal "latino volgare" alle scriptae rustiche dell'Alto Medioevo [rustica romana lingua – latino circa romancum]

Laudes Regiae di Soissons (783-787) [ed. MGH, *Scriptores rerum Germanicarum*, XXV]

LITANIA KAROLINA¹.

Adriano summo pontifice
et universale papae vita!
Redemptor mundi, tu lo iuva!
Sancte Petre, tu lo iuva! 20
vel alius sanctos quales volueris².
Exaudi Christe!

a) iuencule *M. B.* b) et asper ualde *B.* c) quam *M.* d) sacra *B.*
e) sumimus *M.*

APPENDIX.

47

Karolo excellentissimo^a et a Deo coronato,
magno et pacifico rege Francorum et Langobardorum
ac patricio Romanorum, vita et victoria!
Saluator mundi, tu lo iuva!
6 Sancte Iohannis, tu lo iuva!
vel alius sanctus qualis volueris^b.
Exaudi Christe!

Pipino et Karolo,
nobilissimis filiis eius, vita!
10 Sancti illius qualis^c volueris, tu los iuva!
Exaudi Christe!

Pipino rege Longobardorum vita!
Sancti Mauricii, tu lo iuva!
vel alius sanctos qualis^c volueris^d.
15 Exaudi Christe!

Chlodovio rege Aequitaniorum vita!
Sanctae Martinae, tu lo iuva!
vel alius sanctus qualis^c volueris.
Exaudi Christe!

20 Fastradane regina salus et vita!
^eAlias virgines Christi qualis^c volueris.
Exaudi Christe!

Omnibus iudicibus vel cuncto exercitui Francorum
vita et victoria!
25 Sancte Remegii, tu lo iuva!
Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat.
Kyrie eleison, Christe eleison!
* f

30 Tu mihi, Christe, concede sororem nomine Rotru-
dem esse beatam, ut tibi semper seruiat illa¹.

1. Materiali per lo studio del sermo rusticus - testimoni e diastratia del "latino volgare" (fasi antiche, "latino dei cristiani"...) / 2. Dal "latino volgare" alle scriptae rustiche dell'Alto Medioevo [rustica romana lingua – latino circa romancum]

Scritture "rustiche" e proiezione degli usi linguistici sulle scritture documentarie (anche posteriori)

27.

CHARTA CONFIRMATIONIS.

720 (?) marzo, S. Lorenzo a Vaccoli (Lucca).

Aunefrido chierico promette di servire la chiesa dei Ss. Lorenzo e Valentino a Vaccoli con tutti i suoi averi, e ricorda in particolare una casa sull'Arno in Mugnano; si riserva l'usufrutto, il quale alla sua morte passerà a Rotperga e a Peticunda monache e alle sorelle o nepoti che entreranno nel monastero.

Copia del secolo VIII, archivio Arcivescovile di Lucca: n. 5 († H, 84) [B].

Edizioni: *Memorie e documenti per servire all'istoria del ducato di Lucca*, IV, 1, p. 67, n. 35, ed. BERTINI, da B, a. 719 = TROYA, III, 284, n. 423.

Regesti: BARSOCCINI, in *Memorie e documenti* &c. op. cit. V, 2, p. 6, n. 7, a. 719; BETHMANN und HOLDER-EGGER, n. 64; BIAGINI, p. 148.

CL: BERTINI, in *Memorie e documenti* &c. op. cit. IV, 307, a. 719; BARSOCCINI, *Diario sacro delle chiese di Lucca*, pp. 44, 193, a. 719; SCHUPFER, *Aldi* &c. op. cit. p. 1172; - *Il diritto privato dei popoli Germanici*, IV, 166; GUERRA-GUIDI, *Compendio di storia ecclesiastica Lucchese*, pp. 62-63, a. 719.

Scrittore della copia, come risulta dal confronto della scrittura, è il « Petrus presbiter » scrittore della carta dell'anno 739 (n. 69). Mentre l'anno VIII di Liutprando corrisponde al 720, l'indizione VII vorrebbe il 724; si potrebbe pensare ad un diverso riferimento dell'azione e della documentazione, ma è forse più probabile che si abbia un errore nell'indizione (invece di m).

✠ In n(omine) d(om)ni Dei saluatori nostri Iesum Christi. regnante d(om)n(o) n(ostr)o Liutprand uiro extel(entissimo)⁽⁴⁾ rege, anno regni eius | octauo, p(er) (in)d(ic)ione septima; fel(icit)er. Ideo D(e)o autorem cunstat me Aunefrid u(ir) u(enerabilis) clirico
5 ac die repromisse et | repromisi me seruire ad beato s(an)c(t)o Laurentio et s(an)c(t)i Valentini am(tu)ri meo cum homnia ris mea quod | mihi etuineret, casa, uinea, seruus uel ancilla, cultum, desertum, mouile uel in mouile sesseque | mouentiuus; casa quod in Arno auire uisi sumus in loco qui dicitur Muniana⁽¹⁾, sorte

[...]

1. Materiali per lo studio del *sermo rusticus* - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle *scriptae* rustiche dell’Alto Medioevo [*rustica romana lingua – latino circa romancum*]

Estratto da una “Carta di donazione”, Lucca 723 (Codice diplomatico longobardo, 1)

mercidem adcriscat, et accessimus ad u(iro) b(eatissimo) Thales-
pe|riano ^(a) D(e)o gratia ep(iscop)o in Chri|st(o) pater nostro, ut
cum eius consilio ^(b) | seo licentia oraculum s(an)c(t)e D(e)i uer-
tutis construere deuerimus, | et quamuis breuite ad fundamentis
fabricis eccl(esiam) constitui|mus in honore beati s(an)c(t)i Petri 5
ap(o)st(o)li ^(c) in loco qui uocitator Castellio|ne ⁽¹⁾; et parbulum mu-
nusculum iuidem oferrimus ^(d), id est: terrola | circa ipsa eccl(esia)
modiorum septe, et in alio loco de illo latere riu | modiloco
uinea. et ad hoc nostram decriuimus uolontatem ^(e) | nus Auri-
nand, Gudifrid, ut filii nostri ibidem ^(f) in ipso ^(g) monasterio | 1
D(omi)no seruire deueas una cum filio meo Gaiduald rel(igioso)
clirico | seo et alii filii n(ostr)i qui D(e)o seruire uolueret, et ^(h) iui-

NOTA: ...più avanti nei scoli la scrittura documentaria in latino continua a registrare forme di medizione grafica e morfologie di compromesso con l’oralità volgare

Ex: dalle *Carte di S. Erasmo di Veroli* (Lazio)

20.

BREVE RECORDATIONIS

[1047] febbraio 20, [Veroli].

Leone e suo figlio Giovanni confermano a Benedetto e ad Ona, figli del suddetto Leone, i possessi e le eredità ad essi spettanti.

Originale: rotolo VLI, 6 [A]. La pergamena è molto danneggiata nel lato destro da rosicchiature. La data è desunta dall'anno del pontificato, in cui ricorre l'Indizione decimaquinta, e non prima, che ci porterebbe fuori del pontificato di Clemente II.

✠ In nomine Domini Dei saluatori nostri Iesu Christi. Anno Deo propitius pontificatus domno nostro Clemento summos pontifici et unibersi santissimi secundo pape in sacratissima sede beati Petri apostoli anno primo indictione prima mense febrearius dies bicesima. Igitur fide bona brebe recordationis | proter futuris temporibus causa rememorando qualiter fecit Leo vir magnificus cum Ioha[n]nes | vir honestus pater et filio propia esspontaneaue nostrra bona boluntate [ideo quia tibi Benedicto] | viro magnifico seum Ona ohnesta puella germanis de suprascripto Iohannes et abitatore in castelo ^(a) qui appellatur Babuco ^(b) [posito terri]torio Berolano facimus brebe memorataria de omninia ^(c) quatum o[di]e abemus] . . . ^(d) | cum **conquisist de teris de tres petie de terra** ^(e) qui ^(f) per chartulam ^(g) abuit et de omninia mobilia [vel imobilia] | odie abemus et antea conquidere ^(h) potuerimus set tantum ⁽ⁱ⁾ quatum prout in an[tea] . . . ^(j) | no set omi abetis alia mobilia et teris et casis et bineis et erametis et re . . . ^(k) | paramentis in siricibus indumeti in animalia maiori ^(l) vel minori mobile vel immob[ile] | quatum **da ila die** qui ^(m) suprascripto Iohannes da nos separabit e usque in fine acquire[re] | potuimus pro ipso serbitio qui mihi fecist die

1. Materiali per lo studio del *sermo rusticus* - testimoni e diastratia del “latino volgare” (fasi antiche, “latino dei cristiani”...) / 2. Dal “latino volgare” alle *scriptae* rustiche dell’Alto Medioevo [*rustica romana lingua – latino circa romancum*]

Ex: dalle *Carte dell’Abbazia di Santa Maria di Montepiano* (Toscana)

1081

Originale, in archivio dei conti Bardi Serzelli, n. 2 [A].

La scrittura è evanita o corrosa dall’umidità lungo il margine di sinistra, più gravemente nella parte superiore. La s di signum, grande e ornata com’è, ha anche la funzione di croce.

(C) In nomine domini nostri Iesu Christi. Millesimo octuagesimo primo, regnante tercio Enrigo | [re]x, indic(ione) quarta, die ⁽⁴⁾ [qu]arto decimo kalendas agusti; actum in roca | [d]e [Le]monio; feliciter. . . . p[et]ere a uobis donno Bernardo et Imilgla iug(a)l(i)bus), | filio [ro]ca, ut sibi Teucio filius quondam Enge[. . .] ⁽⁵⁾, abitator [in] p[re]d[i]c[ta] roca ⁽⁴⁾, seu et heredibus tuis legitimi masculini et, si hii | non estiterint, in filiabus et neptis legitime, enfiteotichario nomine iura a ⁽⁶⁾ | presenten dien sibi concedere dignemini ren uris ⁽⁶⁾ nostris proprietatis cum introito | et esito suo usque in uia publica uel cum omnia super se et infra se abenten in integrum, | id est omnia integra medietaten de cuntis rebus, territorias illas quas fisi ⁽⁶⁾ | sumus abere et tenere, et nobis pertinet per car(tulam) encionis ad Bonato, infra ter(ritorio) de Lemonio, terris, uireis ⁽⁴⁾, campis, pratis, siluis, salectis, arboribus, | [u]sus aquarum, fontibus, cultun et incultum, diuisun et non indiuisu. Ab u[no] l[at]ere flumen Sita, alio latere petra scripta, tercio latere Remetria ⁽⁴⁾, | [quar]to uero latere Uezano. Infra suprascripti lateribus ubicumque de suprascripta res la medie[tat]e; **esipimus ⁽⁶⁾ una pecciola a la Dociola.** Suprascripta res, qualiter supra legitur, a presenten | dien uobis concedere iubemus, ut disimus, in integrum, ad abendum ⁽⁶⁾, tenendum ⁽⁶⁾, laborandum, | usufruendum usque in filiis et nepo-